

61). — Tribus videtur fuisse Aemilia (53. 73?), quamquam n. 82 Camilia reperitur. Oppidum quod Ciceroni dicitur (Verr. 5, 46, 40) *illustre nobileque* (cf. Appian. b. c. 4, 3) etiam imperatoria aetate harum regionum primarium fuit. Quattuor ibi secundum Peutingeranam itinera coniunguntur et pro reliqua agri Bruttii monumentorum sterilitate ex Vibonis rudis non pauca emerunt. Ubi autem situm fuerit, cum itineraria produnt supra p. 2 composita tum maxime ipsa rudera; scilicet ibi, ubi nunc est oppidum celebre et conspicuum Montelione, non ad ipsum mare (unde Ptolemaeus l. c. in mediterraneis collocat), sed tribus fere milibus passuum inde remotum et habens stationem maritimam (Strab. l. c.: ἔχει δ' ἐπὶ νείον), cui nomen antiquum *Bivona* adhuc manet.

Titulos in vicinia repertos, scilicet in mediterraneis locis Mileto, Vena superiore, S. Cono, ad oram Tropeae et Pizzi, Vibonensibus interposui.

Post PARISIVM (1592) et GVALTERVM (1625), de quibus supra p. 3 exposuimus, Iosephus BISOGNI de Gatti (Hipponii seu Vibonis historia. Neapoli 1710. 4. pp. 412; eiusdem libri quae extat editio prior indice eodem paginarum autem tantummodo 212 plerasque inscriptiones non habet) et Hilarius TRANQVILLO (*istoria dell' antica Napisia, oggi detto il Pizzo*. Neapoli 1725. 4. pp. 123) quaedam adiecerunt de saxis desumpta Gualterianorum ignari. MVRATORIVS quae accepta refert Ficoronio et Tafurio, omnia descripta sunt ex editis, praesertim ex Gualtero;

eidem quae misit Ioh. Chrysostomus SCARFÒ monachus Basilianus servata in schedis Muratorianis 18,224, expilata sunt ex Bisognio et Tranquillo. Contra quae idem Muratorio misit epistula scripta Venetiis 20 Apr. 1737, ea ex ipsis marmoribus transcripta esse deprehendi. — POCOICKVS Anglus quae edidit Vibonensia a. 1752, ipse quidem descripsit, sed parum docte nec quicquam repperit prioribus ignotum. — Nostra aetate Vitus CAPIALBI patriae decus neque apud externos ignotus dum advixit († 1853) his studiis gnavam operam dedit titulis et diligenter in domo sua collectis et editis primum in commentario *cenno sulle mura d' Ipponio col giornale degli scavi di Montelione (memorie dell' istituto di corrispondenza archeologica* vol. 4 a. 1832 p. 157—194), deinde in *inscriptionum Vibonensium specimine* (Neapoli 1845. 8. pp. 74). Adhibui item epistulas eius ad Kellermannum scriptas opusculorumque volumina (*opuscoli*. Neapoli 1840—1849. vol. 1—3. 8), neque tamen nova inde accesserunt. — Ego a. 1873 Montelione oppidum adii adiutusque ibi comiter cum a Capialbii Viti filiis nepotibusque, qui a generosa stirpe nequaquam desciverunt, tum a Carolo Massinissa Presterà aliisque optimis viris lapides scriptos domi servatos apud Capialbios et Cordopatrium aliosque descripsi. In aliis vero curam antiquorum monumentorum conservandorum aegre desideravi; ut titulus n. 53 domi marchionum Francia aliquando adservatus nobilis domini neglegentia ignobili periit.

38 [= 17] Mileti apud Lombardum comitem.

CASTOR · POLLVX

dioscuri cum equis

VOTVM · SOLVIT

Capialbi inscr. p. 10.

39 [= 16] marmor nigrum. Olim liminis loco (unde margine superiore litterae detritae sunt et dimidiatae) Mileti in ianua eccl. episcopalis, ad quam aedificandam Robertus Guiscardus marmora complura ex parietinis Vibonensibus advehenda curasse dicitur. Post terrae motum Calabriae a. 1783 illata est in museum Neapolitanum, ubi adhuc extat. — Regii MVR. errore.

Q · VIBVLLS · L · F · Q · N · C · CINCIVS · C · F · PAVL · IIIIVIR · I · D

SIGNVM · PROSERPINAЕ · REFICIVNDVM · STATVENDVMQVE · ARASQVE  
REFICIVNDAS · EX · S · C · CVRARVNT · HS · DCC · LXX · MAG · FVERE · HELVIA · Q · F · ORBIA · M · F

Descripsi et recognovi. Parisius rariora magnae Graeciae numismata (Romae 1592) p. 30 ed. 2 (inde Gualterus n. 292 = 365; Grut. 97, 8); Bisogni p. 33 ed. 1, p. 32 ed. 2; Mur. 128, 7 e Gualtero; ego *Bull. dell' Inst.* 1846 p. 143; Avellino inscr. mus. Borb. p. 73 n. 105; Orelli 1476; Fiorelli cat. 1506. Alios omisi.

1 prima littera aut Q est aut L aut C. — VIBVLLS est in lapide litteris dimidiatis; potest fuisse VIBVLLS.

40 [= 18] reperta m. Ian. 1834 in agro ad Montelionem, est ibi in museo Capialbi.

FVLGVR

DIVM

Recognovi. Capialbi inscr. p. 10 et in litteris ad Kellermannum.

41 [= 19] Montelione supra Marzanorum aedium ianua.

AVGVSTO

Bisogni p. 137 (inde Capialbi inscr. p. 11).

42 [= 21] Montelione in museo Capialbi.

T I · C L *Audius drusi f.*

C A E S A R *aug. ger*

M A N I C V S *pont. max. tr. p.*

p. C. 51/2 XI · COS · V

Recognovi. Capialbi *mura d'Ipponio* p. 180, inscr. p. 11.

43 [= 22] Montelione in museo Capialbi.

*diui antoni* NI · P II *pronepoti*  
*diui hadriani* A B N E P C *ti diui*  
*triatiani part* ET · DIVI *neruae adnep*

Recognovi. Capialbi *mura d'Ipponio* p. 191, inscr. p. 36.

Caracallae fuit.

44 ad Montelionem rep. a. 1854 *non molto distante dal Castello verso Grecole*. Deinde apud advocatum Martellum. Iam in domo Cordopatri.

S · III  
LICINIO · L · F · CRASSO · P · AL  
poLLIONE · Q · ANICIO · L · F  
caeCILIO · C · F · RVFO · C · M  
5 C · F · CN // IO · / F · RVFO · C · M

C. M. Presterà misit duobus exemplis. Ed. Dom. Mantelli apud Cirellium *Regno delle due Sicilie* 12 p. 115.

2 P · A · I Prest. I, PAL Prest. II, F · A Mant. —  
3 LLIONE Prest. I Mant., · LIONE Prest. II. —  
L · F Mant., I · F Prest. — 4 CILIO Prest. II, ICILIO  
Prest. I, CIDO Mant. — C · P Mant. — 5 CN // IO  
Prest. I, CNAEO Prest. II; fuit C · NOVIO vel C ·  
NARIO vel simile nomen. Mant. ex v. 5 non  
habet nisi haec C · E · . . . . . VI.

Homines qui nominantur casu sexto ad senatorium ordinem videntur spectare; certe noti sunt Licinii Crassi et Caecilii Rufi.

45 Montelione in domo Cordopatri.

C · A E B V T I O ·

C · F · M V R R A E

· IIII · VIR · I · D ·

Descripsi  
a. 1873.

46 [= 31] fuit prope Pizzum *nel piano di S. Pancrazio*, mox absumpta in aedificio hospitii Reformatorem S. Francisci TRANQ.

M · S · } Tranquillo *ist. del Pizzo* (1725)  
NICIVS · FESTI } p. 25 qui vidit. Inde Scarfò  
IIII · VIR } apud Mur. ms. 18, 224 et Capi-  
albi inscr. p. 35.

1 in., 3 fin. hiatum indicat Tranq.

47 cippus rep. a. 1851 prope Montelione in loco q. d. Iacovello.

D · M · S

CN · IVLIVS · CN · F ·

MATVRVS · IIII VIR

AED · POT · Q · P · A · *paterna*

5 VIX · ANN · XLVII ·

PONTILIVS · CAEDI ·

MNVS · AMICO ·

C. M. Presterà  
mihi dedit. Ed.  
D. Mantelli ad-  
vocatus apud Ci-  
rellium *Regno  
delle due Sicilie*  
12 p. 115.

3. 4 IIII · VR · | A · ID · Prest., IIII · V · R | I · D Mant.  
*D(is) m(anibus) s(acrum)*. [*C*]n. *Iulius Cn. f. Maturus IIII[ir] a[e]d[ilicia] pot[estate], q[uaestor] p[ecuniae] a[limentariae] vix[it] ann[os] XLVII. Pontilius Caedimnus (?) amico.*



# ADDITAMENTORVM AVCTARIVM.

## I. REGIVM IVLIVM (p. 3).

Antonius Maria de Lorenzo hodie praefectus museo Regino cum volumen hoc fere absolutum esset, ad me misit commentariolos de titulis Graecis Latinisque repertis Regii insertos ephemeridi Reginae *la Zagara* a. 1882. Inde quae nostram suppellectilem augent ut potui auctario inserui.

ad n. 2. Regii in museo repperit A. de Lorenzo ediditque in eph. *la Zagara* 19 Aug. 1882. Ara est quadrata, in utroque latere frondibus ornata. — 1 CTOR Lor.

ad n. 3. Adiuncto altero fragmento Barnabeus (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 404) nuper excepit sic:

(ENI · PROCVLI · TEMPLVMD  
FIERI IVSSIT

ad n. 14. Morisanius p. 429 ait repertum esse in fundo *della Bocchetta* ad torrentem Annuntiatae titulum, in quo non legeretur nisi unum vocabulum plenum PATER. Eundem edidit ex schedis canonici Barillae amici Morisani A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 23 Sept. 1882 sic:  
...IANS | ...OR NE... | PATER | ...RE...

8339<sup>a</sup> Regii rep. nel muraglione di cinto presso la Candelora.

tucantae ET · BRITTIORVM      Ex schedis professoris Moscato  
....PPVTATIONE AS...      A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 20 Oct. 1882.  
..... INVNO

8339<sup>b</sup> rep. Pellari, deinde apud Vitriolium.

NERI . . . . .  
VIXIT ANNIS  
LXXX MIIII FE      A. de Lorenzo in eph. *la Zagara*  
CIT ASYLL...      23 Sept. 1882 <sup>publicato 1877 dal</sup>  
5 paTRI · DVLCISSIMO      comm. Vitrioli<sup>2</sup>.

8339<sup>c</sup> Regii rep. in necropoli vetusta sotto il sobborgo S. Catterina a. 1882, est in museo.

CRHESIMION ·  
VIX · ANN · III      Barnabeus descripsit ediditque apud  
MENS · III · DIES      Fiorellium *Not. degli scavi* 1882  
III · PARENTES ·      p. 404. Ed. item A. de Lorenzo  
5 FILIO · PFISSIMO ·      in eph. *la Zagara* 23 Sept. 1882.

## II. LOCRI (p. 5).

ad n. 30. Scr. Monesterace pro Montesterace.

8339<sup>a</sup> Gerace rep., est Regii in museo.

D · M  
PVBLICIVS  
TALLVS VI  
XIT AN XXXV  
5 COLEGIVS  
CANOF · FE

Barnabeus descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 402. Ed. item A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 19 Aug. 1882.

## III. VIBO (p. 7. 959).

ad n. 44. Barnabeus (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 395) in domo Cordopatri titulum excepit sic:

C · LABERIVS · IIII · Vrr  
IICINIO · L · F · CRASSO · PAL  
LLIONE · Q · ANICIO · L · F  
ECIDIO · C · F · RVFO · C · M  
5 C · EGNATIO · C · F · RVFO · C

ad n. 45. Barnabeus legit 1 Q·AEBVLIO.

ad n. 49. Barnabeus (apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 395) vidit in lyceo Filangieri. 1 post Q·F spatium vacat. — 3 III·VIR Barn. — CON·HS Barn.

ad n. 67. Pro Stefanocoli in mappis est Stefanaconi. Edidit Muratorius 1444 10 (inde errore dedi inter falsas et male locatas n. 6\*).

ad n. 88. Tituli lectu difficilis dabo variam lectionem Barnabei nostri, quamquam ipse adnotat sibi non satis de ea constare. — 1 L·VARIVS· /ATRARIVS — 2 SVALLIA///ISIA — 5 HIPPOLYTVS, recte puto. — 6 sic fere etiam Barnabeus. — 7 VRB//VS — 8. 9 FECER SIBI | ET SVIS·H·M///. Pendet ex hoc exemplo qui comes itineris Barnabeo fuit Franciscus Lenormant (*Bull. épigr. de la Gaule* 3 p. 13), sed edens quaedam corrupit.

8339<sup>e</sup> Monteleone in domo Cordopatri.

M E N S      Lenormant apud Florianum Vallentin  
PATER ET      *Bull. épigr. de la Gaule* 3 (1883)  
FILIO · DV      p. 13.

## VII. PETELIA (p. 15. 960).

8340 tabella marmorea rep. Strongoli in contrada Pianette.

D · M · S · S  
HAVE · COPIA · SVCCES

N. Volante apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 197.